Et nomen, magno quod JURA dedêre PARENTI,
hoc SACRA conferat TIBI ſcientia.

MALSIANA

Ex antiqua familiâ oriundo juveni, bonæ indolis & ſpei, in Sacrarum literarum ſtudio omnia fauſta apprecatur. Sis aliquando Eccleſiæ Chriſti fulcrum, gentilium cultuum profligator, verorum aſſertor, Patriq; , Cancellario Ducali Saxonico, in canâ ſenectute honori & gaudio. Hoc voto benevolentiam.

teſtatur
Guernerus Rolfinck Ph. Medic.
Doct. Practicæ & Chimicæ
Profeſſ. Publicus.

Qualis erat Genitor, *ſub floreſcentibus annis,*
pervolvens animo nîl niſi magna ſuo;
talis ut ipſe cluas, ætate virente, diurno
ſudori noctis ſubde ſilentis opus.
Et benè res habet! ac viridi tua meſſis in herba eſt.
Naſcitur hinc magno *ſpes opulenta* Patri.

Lmq; F. Commenſali dilecto

Johan. Michael Dilherrus P.P.

FINIS.

Coll. diss. 17, 26, misc. 52